

48 fortasse Polae CARLI. Polae in S. Michaelis in Monte KANDLER.

SEX · PALPELLIO
SEX · F · REGVLO
VETERANO · LEG
VII · CLAVDIAE
5 EX · BENEFICIAR
CONSVLARIS
SEX · PALPELLIUS
HISTER · MIL
LEG · III · FLAVI
10 FILIVS · F · E

Carli 3 p. XLI ex collectaneis ut ait Antonii Lavezzari, sed videtur errasse de auctore, cum titulus desit in codd. Pironae Cicognaeque; Kandler n. 181, ex Carlio opinor.

1 PALPELLI, 2 REGVLV, 3 VETERANO · F Kandler. — 10 FILIVS · LE traditur, item lapidem fractum esse a parte inferiore.

Sex. Palpellius Sex. f. Hister hic cum meruerit in legione Flavia, omnino recentior est cognomine homine (cf. n. 35) Sex. Palpellio P. f. Histro Pannoniae legato a. p. C. 50.

49 Polae antea in porta quadam ad mare, nunc in museo.

C · SELIGIO Q · F
ALBINO
praef. FABRVM
trib. MILIT II
5 praef. eq. V · TVM
iuvir QVINQ

D · D

Contuli. Ed. Kandler in Istria 1846, 27 et inscr. n. 184.

50 Polae in arcu. 'In vetustissima porta in angulo praescripsit titulo n. I, 'in medio' titulo n. II CYRIACUS teste IADESTINO. 'In p(orta) sanctae Margaritae quae olim p(orta) rata dicebatur' MARC. (BERN. B) IUC. similiterque ASSECLAE. In arcu triumphali nunc porta Rata SAN. (VER. similiterque ALII). — Tertium epigramma collocat 'in campania Gaedii ad fossile communis', quartum 'in agro Montironis ad turrinam Aemiliorum in latere septentrionali', quintum inter Brixiana BRUX.; tertium in abbazia Leni ROSSI.

I. in basi statuae	II. in epistyllo superiore	III. in basi statuae	IV. in basi statuae
L · SERGIUS · C · F	SALVIA · POSTVMA · SERGI	L · SERGIUS · L · F	CN · SERGIUS · C · F
AED · II · VIR		LEPIDVS · AED	AED · II · VIR · QVINQ
		TR · MIL · LEG · XXIX	haec epistyllo pars non est inscripta
		V. in epistyllo inferiore	
		SALVIA · POSTVMA · SERGI · DE · SVA · PECVNIA	

Contuli ad exemplum photographicum. Primus descripsit Cyriacus teste biographo eius Scalamentio (v. p. 3), quod exemplum servarunt soli Tragurinus n. 1 et Iadestinus n. 1. Aliunde fortasse Marcanova (Bern. B n. 1, Mut. n. 17; ex Marcanova Ferrarinus Reg. n. 18) eodemque exemplo Iucundus n. 13, Peutinger cod. 526 f. 120' et 527 f. 50 et 527 f. 59', Apianus p. 358 (inde Burchelatus epitaph. p. 246 et hist. p. 338); quos auctores pendere ex eodem archetypo inde constat, quod quattuor primos titulos, in archetypo iuxta positos quamquam versibus non satis recte divisus, corruperunt ita, ut pro uno haberent et continua scriptura repeterent; sed hoc differunt Iucundus Peutinger Apianus a Marcanova, quod hic quaedam omisit hiatu indicato, quae illi suo loco proponunt. Diversum rursus exemplum est codicis Rediani A n. 1. Hos excepit Sanutus, cuius exemplum proponunt itin. a. 1483 p. 153; cod. Veron. n. 1—5; Bemb. f. 89a; Bellon. A f. 81r.; Sabinus n. 1—4; Martyr n. 1—4; Brix. p. 11. 21 (a quo pendent Brixiani auctores Rossi p. 280 et Petrus Gnocchi apud Donat. 300, 10, qui non referunt nisi tertium epigramma); Panvinius cod. Vat. 6035 f. 72'. 136. Post Sanutum descripserunt ex lapide omnes Bellon. B n. 22; cod. Marc. 14, 119; Bembus f. 5'. 62; Manutius cod. 5237 f. 121. Habet etiam Ligorius ms. Taur. 14. Iam sequuntur Serlio *architettura* (ed. Venet. 1600) f. 110; Thevetus *cosmogr. univ.* (1575) 2 f. 770 ex Martyre omnino; Smet. 152, 19. 170, 13. 14 ex Martyre; Grut. 468, 1 ex Apiano Martyre Theveto inter se collatis; 922, 8 ex Martyre; 1020, 7 ex Martyre et schedis Sculteti; Manzuoli Istria 1611 p. 43 = *archeogr. Triest.* 3, 190; Tommasini Istria ms. p. 71. 647, ed. p. 44. 473; Spon *voy.* 1 p. 83 (cf. 3a p. 70) in tabula aere expressa (inde Cassas *voy. de l'Istrie* tab. 19. 20. 21. 22); Utin. p. 9; Pococke *descr. of the East* 2, 2 (1745) p. 264; Carli 1, 195 item in tabula; Vergottin Pola p. 31. 32; Stuart *antiq. of Athens* 4 (1816) cap. 3 tab. 3; Stieglitz p. 48; Orelli 3372 a prioribus; Kandler *cenni di Pola* p. 69, inscr. n. 194—198; Arneth *Wiener Denkschr.* 1, 293.

Cyriacus descripsit emendate, nisi quod III, 2 pro AED legit L · L, IV, 1 om. F. — Marcanovae Iucundi Peutingeri Apiani exemplum dabo ut scriptum est apud Peutingerum 526 f. 120 (hoc enim inter haec exempla optimum est et ipsi Iucundiano praeferendum), sed scriptura, quae in libro continua est, ita disposita, ut archetypi versuum distributio facile appareat:

L · SERGIUS · C · F	SALVIA · POS	L · SERGIUS · C · F	CN · SERGIUS
AED · II ·	TVMA · SERGI	LEPIDVS · AED · TR ·	C · F · AED · II
		MIL · LEG · XXX	VIR · QVINQ
SALVIA · POSTVMA · SERGI · DE · SVA · PECVNIA			

2 TVMA] POSTVMA Iuc. ex supplemento. — C · F · AED · II] C · F · AED · II · VIR Iuc. ex supplemento. — 4 POSTVMA Marc. Iuc. — Quae dantur inclinatis, absunt ab Marcanovae utroque libro, item a Ferrarino qui Marcanovam exscripsit; sed spatio vacuo relicto in libro Bernensi in margine adnotatur 'deficit'. Praeterea hoc proprium habent Iucundi exemplum et primum Peutingeri, quod apud Peut. adscribitur: 'a postrema autem parte quiddam imperfecte sic scriptum est: TVRRE CVBIZANA', apud Iuc.: 'a tergo fragmentum TVRRE CVBIZANA'. — Rediani exemplum neque Cyriaci est neque Marcanovanum; titulos quinque recte separat neque errat nisi uno loco III, 3, ubi pro XXIX est XXIV. — Sanutus titulos et distinxit recte et descripsit satis emendate, nam exempla eius optima (ut itinerarii editi) non peccant nisi in numero III, 3, qui est XXXX pro XXIX. — Auctores posteriores (Bembus, Bellon. B, Serlio, Manzuoli cet., item Ligorius) recte fere, etiam in numero legionis; nisi quod LEG · XXIV est in cod. Marc. 14, 119.

Legio XXIX non nominata nisi in uno hoc titulo, sive ea Antoniana fuit sive, quod longe magis probabile, Caesariana, ex earum numero fuit, quae post bellum Actiacum pace terra marique parta ante annum certe u. c. 727 exauctoratae sunt (cf. comm. meum de monum. Ancyrae p. 49), ut hunc titulum non multo posteriorem esse constet; id quod cum eximia quae in arcu cernitur arte recte convenit.

51 arca, Polae rep. extra portam Auratam ad fossam. Extat in museo.

D · M
genius P · AELI · P · F · CAMIL genius
OCTAVI
AED · II · VIR · I · D · POL

Contuli. Kandler in Istria 1851 p. 137, cui misit L. Rizzi (inde Henzen 7131), et inscr. n. 208.

52 Polae. Sul canto del clivo di S. Francesco BARSAN. Nunc in museo.

Pococke:
L · AVFVSTIUS I · F · UEL AV · FVSTIVS · HO
GALLVS II · VIR VEL · GALLVS II · S
QVINQ · POLAE + VIR · QVINQ · POLAE
EX · TESTAM · ENTO · FIERI
5 !VSSIT ARBITRATU
PHILERCTIS I.

Descripsi partem priorem repperique praeterea inter Barsaniana (inde Kandler 1862 n. 701). Eiusdem tituli Pocockius 120, 1 videtur vidisse exemplum alterum, ad quod supplevi.